

De Probatis|| Sanctorvm|| Historiis

Partim|| Ex Tomis Aloysii Lipoma-||ni, Doctissimi Episcopi, Partim Etiam||
Ex Egregiis Manvscriptis Codicibvs, Qvarvm permultæ antehàc nunquàm
in lucem prodiêre

Complectens Sanctos Mensivm || Martii Et Aprilis

Surius, Laurentius

Coloniae Agrippinae, 1576-

VD16 S 10259

De S. Catharina Sueda, virgine simul & vidua.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-77384](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-77384)

ad stabilitatem, amicitiam & pacem restituitur, mutuamque concordiam, quam a maioribus acceperat, recuperavit.

HISTORIA S. AGAPETI EPISCOPI, AVTHORE SVIDA.

Agapetus Synadorum Episcopus fuit, quem quidem Eusebius Pamphilius ^{24 Martij.} magnopere commendat, eximiaque per ipsum edita miracula commemorat, montes videlicet, fluuiosque e proprijs sedibus in alias translatos, necnon mortuos ad vitam reuocatos. Ad hanc, quod Maximinus eum, dum rei militari operam daret, ut Christianum voluit de medio tollere, quippe quod multos eius praeclara facinora demirari intelligeret.

VITA SANCTISSIMÆ VIRGINIS PARITER ET VIDVÆ CATHARINÆ, FILIAE S. BIRGITTÆ, CVI US OB DIVINAS REVELATIONES EST IN CHRISTI ECCLESIA CELEBERRIMUM NOMEN, AUTHORE QUIDEM NON PRORSUS CERTO, SED TAMEN FIDELITER CONSCRIPTA: PORRÒ OB VITANDAM PROLIXITATEM, ET NÈ STYLOS RUDIORUM LECTIONEM ERUDITÙ OFFENDERET, PER F. LAURENTIUM SURIUM ALIQUANTO COMPRÆHENSIVIUS REDDITA.

CAPVT I.

Venerabilis & Deo dilecta Catharina, patre Vlphone viro ^{22 Martij.} nobili & matre Birgitra, quam omnis celebrat Ecclesia, in han lucem edita est. Qua cum adhuc in cunis versaretur, futurae sanctitatis eius indicia non obscura diuinitùs ostensa sunt. Nam adhibita illi nutrice, eius vbera fugere noluit, lascivia & vita eius turpitudine, vt probabilis est coniectura, habitterra: Porro sanctæ matris sua & aliarum pudicarum mulierum vbera citra horrorem fugiebat, ab incontinentibus foeminiis cum lachrymis & vagitu prorsus abhorrens. Postquam autem ablactata est, sancta mater eius tradidit illam religiosè instituendam Abbatissæ Risabergensi, cuius cuidam Abbatissæ integritas. Accidit interea, vt Abbatissa nocturnas Deo preces offerente, pueram Catharinam dormientem, malus dæmon, sumpta bouis cornupetè spe Dæmon eius, è lectulo cornibus excuteret, & semiuiam prosterneret in pavimentum. Dat illa infelix gemitus miserabilis, & repente accurrens Abbatissæ, semimortuam in suo reponit sibi: apparet illic teterimus dæmon, &c. O quam libens, inquit, illam iugulâsem, nisi fuisset à Deo negata facultas. Cum septimum ætatis annum ageret, persuasa à pueris cotaneis, quadam vice cum illis coepit puparum ludo operam dare. Sed quia ad maiora à Domino parabatur, illam tantillæ ætatis puerilem vanitatem non passus est abire impunitam, né animum eius tales ineptia, vt plerunque solent, dissoluerent. Permisit igitur, vt proxima nocte valde infestos sentiret dæmones. Videbat enim in somnis multos impuros spiritus in puparum specie ad suum venire cubiculum. Cumque ad eam accessissent, è lectulo extractam atrociter flagellârunt, ita vt toto corpore liuida cernere cœditur. Mox igitur huiusmodi ludis & vanitatibus longum valere iussis, deinceps se nullis dæmonibus prorsus ludentibus misericordia: immò contra illius ætatis ingenium, quandam præfemorum serebat maturitatem.

CAP. II.

VBI ad nubiles peruenit annos, voluit pater vt nuberet. Illa, quæ multa in Deum & Christi sanctissimam matrem seruandæ integritatis fidutia niteret, non recusauit. Nupsit ergo viro nobili Eghardo: sed ita nupsit, vt ipsum quo- Nubit viro. quæ sponsum ad nuncupandum Deo castitatis votum, diuina faciente gratia, adduxerit. Ambo igitur suam pudicitiam, interposito iureiurando, Christo consecravouentram runt, & deinceps in Domino castissimè pariter degétes, sub pompa seculari sancta qua- bo conti- dam calliditate hosti pudicitiae illuserunt. Nam nè caro insoleceret, cum qua nobis est bellum intestinum, posteaquām sanctis precibus, genuflexionibus & vigilijs noctū in- cubuerant, humili in cubiculo substernebant pannum aliquem, capitique cervicalia fin-